

W.M.B.

Y94⁸
qu

I. N. 3.
DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE

CATARRHO SUFFOCATIVO,

Quam

Consentiente Gratiolo Medicorum Collegio
in Illustri Salanâ,

P R A E S I D E
MAGNIFICO UNIVERSITATIS h.t. RECTORE,
V I R O

Nobilissimo, Excellentissimo atq; Experientissimo

DN. GEORGIO VVOLFF-
GANGO WEDELIO,

Med. Doct. Theoret. P.P. Archiatro Sa-
xonico, & S. R. I. Academiæ Naturæ Curio-
forum Adjuncto gravissimo,

*Dn. Patrono, Praeceptore ac Hospite suo
nunquam satis colendo,*

PRO LICENTIA

Summos in Arte Medicâ Honores, Insignia ac Privilegia
DOCTORALIA legitimè impetrandi,
Publico eruditorum examini subicit

GEORGIUS FRIDERICUS ÆPLINIUS,
SERVESTA ANHALTINUS,
in Acroaterio Majori,


horis ante & pomeridianis ad diem Januarii, Anno M. DC. LXXXI.

JENÆ, TYPIS VIDUÆ SAMUELIS KREBSII.

A. 17. 1. 204

1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1405.

CELESTIA TAN



Περὶ Αἰτίων.

Elegans non minus quām nervosum est
Pergameni assertum l. 6. de loc. affect. c. 5. in
confesso est, *inquietis*, & spirationem à vitâ,
& vitam à spiratione separari non posse, adeò
ut viventem non respirare & spirantem non
vivere sit impossibile.

Motum enim pulmonum & cordis cum vitâ pari pa-
su ambulare, illo vero præcluso hominem vel animal quod-
vis pulmonibus gaudens suffocari, ipso sole meridiano est
clariss; *Vid. Magnificus D. D. Præses, physiol. med. Sect. 3.
cap. 9. de usu pulm. p. 153.*

Intercedit inter hæc duo viscera continua, licet inæ-
qualis, reciprocatio, alterius munus ab altero intenditur,
& vacillante uno vacillat & alterum. Unde ut perpetuum
mobile in machinâ perduret, & ipsum pulmonum motum
perennare oportet.

Caloris focum sustentant pulmones, sanguinis fon-
tem scaturire faciunt continuò, animæ regiam fovent &
stipant, velut cordis pulvinaria & adstites individui.

Morbi quicunque alii, si mortem minentur vel infe-
rant, vitæ hanc regiam, thoracem, tandem quatiant, tan-
toque periculosiores insurgunt, quò propius vitalem obse-
derint cameram. Metuendæ fuerint febres ardentes, ma-
lignæ & pestilenteres; atrox sit syncope, molestum asthma
& tussis, phthisis, hæmoptysis mortis affines; non minus

discriminis habet intentata suffocatio, ut nec periculo ullis cedat, nec molestia.

Quin duæ quasi generales pereundi sunt modi: *suffocatione & resolutio*, quatenus vel opprimitur vitalis flamma, vel extinguitur sensim; Alter anxiosus magis & difficilis, alter facilior, uterque flebilis.

Sistimus in præsentiarum catarrhum suffocativum, medium quasi inter potiores duos vitæ hostes, syncopen & apoplexiā, loco speciminis Inauguralis à gratiosissimâ Facultate Medicâ mihi injuncti. Hujus tractatio ut feliciter eveniat, supremum annuat numen!

C A P U T I.

Definitionem nominalem & realem exhibet.

DIsertaturis de catarrho suffocativo, in frontispicio disputationis hujus, melioris doctrinæ gratiâ, circa explanationem philologicam pauculis commorari lubet. Nominā enim sunt nota & rerum quasi involucra, quibus evolutis, ipsarum essentia, teste Platone, eò melius cognoscitur, & inanes ex ambiguitate omni ævo propullulantes λογοπαχία præcaventur. Unde, ut rectè monet *Epicetetus* *tomo 1. dissipit. Arrian. c. 17.* Λέχη τῆς παιδεύστως ή τῶν ὀνομάτων ἐπικεντητικῶν, initium doctrina nominum dilucidatio est.

In ONOMATOLOGIÆ autem consideratione tria occurunt: 1. ETYMOLOGIA, 2. HOMONYMIA, 3. SYNONYMIA.

ETYMOLOGIAM si spectemus, patet, *catarrbum* vocem esse origine græcam, usū verò latinam, dictam διατριβὴν à defluendo vel destillando. Veteres enim in eā erant

5.

rant opinione, à capite tanquam fonte omnem materiam catarrhosam in varias corporis partes defluere seu destillare; hinc Latinorum Hippocrati Cornelio Celsi l. 2. c. 1. *destillatio audit.* Dicitur verò noster affectus cum connotato *suffocativus*, ab effectu quem producere potest, nam respirationis difficultas sèpius tanta est, ut æger omnino suffocetur.

HOMONMIAM examinantes deprehendimus catarrhum quemcunque materiae serosæ fluxum, cuicunque corporis parti contingat, denotare, & *ν* suffocativum omnes suffocationis species sub se comprehendere posse. Nos verò vocabula hæc non generaliter sumimus, sed per catarrhum suffocativum non tam secundarium & comitatum, qui pleuritidi v. g. anginæ, epilepsia, hydropi, passioni hysterica, aliisque vel in paroxysmo, vel sub finem vitæ contingit, intellectum volumus; quæm primarium, sive juxta veteres à capite ob materiae serosæ decubitum in pulmones fiat, quæ tamen sententia cum granø salis intelligenda est, quatenus sc. vasa lymphatica, ut ex sequentibus patebit, non ritè funguntur suo munere, seu juxta alios à sanguinis in pulmonibus stagnatione unicè ortum trahat.

STONMIAM quod attinet, appellatur à Græcis *κατάρρησις κατάρρησις πυρηνεῖς ή πυρωδῆς, defluxio* vel *destillatio suffocationem* seu *strangulationem inducens.* Apud Hippocratem 3. aphor. 12. *κατάρρησις συντάμωε απολλύντες, catarrhi brevi perniciem allaturi audiunt.* Jul. Cæs. Claudin. tract de catarrb. catarrhum magnum & præcipitem nominat Hieron. Mercurial. Tom. 1. consult. præfocantem destillationem. Stephanus Rodericus à Castro l. 4. de meteor. Macr. Microc. c. 14. nimbi microcosmici nomine indigitat. Quibusdam syncope cardiaca audit, quæ oritur juxta *Cassparum Hoffmannum in*

instit. l.3. c.147. & 180. cum à copioso sanguine calidum nativum suffocatur. Idem συνάνυμον imponit Excellentissimus Et-müllerus in diff. de chirurg. infus. c.111. concl. v. §.2. it. de sperm. ceti c.2. §. 9. Germanicè vocatur in Stein-oder Stickflusß.

Cortice fracto ipse nucleus degustandus venit. DEFINIRI itaque sequentem in modum potest: Catarrhus suffocatus est subitanea respirationis difficultas, cum anxietate, stertore & præsentaneo suffocationis metu, ab obstruktione pororum spiritalium αθρόως intentatā dependens.

GENERIS seu rationis formalis vicem constituit respirationis difficultas. Ipsa enim αὐγὴψια & sensus testatur, non succedere αὐτολήν & διατολήν visceris pnevmonici, seu non attolli & deprimi pulmones in respirando. Non resorbetur, attrahitur, vel pressione potius suā illabitur aer, cumque eo partes æthereæ humidæ, uti par est, nec regreditur exspiratus evehens fuligines aqueas, utrobique muscularis contrahentibus & fibris muscularibus pulmonum in motu suo turbatis, unde crebritas & celeritas respirationis oboritur. Uti enim in statu naturali horum motu salvo respiratio legitimè procedit, ita in p. n. hoc quovis modo inhibito, necessariò & illa quoque læsa offertur.

Cum autem omnia, quæ corpoream nostram machinam turbant, ad tria hæc præternaturalium genera: morbum, causam morbificam & symptoma communiter referri soleant, meritò hunc affectum è symptomatum numero, & quidem motus potissimum ac excretorum esse asseritur.

Motus in corpore, juxta Laurentium l.9. hist. or. anatom. quest. 20. observatur triplex: 1. Naturalis, qui nobis non cogitantibus & invitis quoque procedit; 2. Voluntarius seu animalis, qui à voluntatis arbitrio dependet, quem pro lubitu inten-

7.

intendere & remittere possumus, & denique ; Mixtus seu intermedius quasi inter naturalem & voluntarium, qui ad tempus accelerari & retardari potest. Hinc facile patet ad ultimam hanc classem referendam esse respirationem, in quo Roflinium l.3. dissertat. anat. c.26. Willistum pharmaceut. rat. p. 2. f. 1. c. 1. p. 19. aliosque communiter assentientes habemus.

Porro cum quælibet actio trifariam lædi dicatur, ut Galenus l. de sympt. differ. c. 3. & 4. docet, ita ut alia sit ablativa, alia imminuta, alia depravata ; catarrhum suffocatum, cum respiratio non aboleatur, ut in hysteris & syncope correptis animadvertisit, diverso quidem respectu ad imminutas & depravatas actiones referre possumus, magis tamen ad posteriores, cum ἀπέπνειας & ἀπέτρεψις, non uti debet, peragatur in quantitate & qualitate.

DIFFERENTIAM SPECIFICAM reliqua adjuncta exponunt, in sequentibus latius exponenda, præcipue quo ad materiam, modum & effectum, quæ omnia ferè unâ voce ἀθρέψις continentur. Αθρέψις omnia hæc eveniunt, non tam quoad ipsum insultum, quam influxum, illapsum, quo ipsius destillationis vis exprimitur, ab interno principio inducta, ut secludatur suffocatio à constrictione, ab aquâ, ab illapsis per guttur, & similibus, ab his differentibus.

C A P U T II. *Subjectum examinat.*

UT causa eò melius erui, & ex his secundum artis præcepta curatio institui, medicamentaque debito modo & loco applicari possint, necessum est, ut SUBJECTUM vel medicè loquendo PARS AFFECTA cognita perspectaque sit, unde etiam Celsus l.4. de remed. c.1. p.63. Facilius omnium

um interiorum morbi curationesque in notitiam venire ait, si prius eorum sedes ostensa fuerint. Affectus igitur hujus subjectum quodnam sit, inquirendum erit. Distinguiri id solet in mittens & recipiens, vel in quo seu collectio-
nis, & ad quod seu defluxionis.

S U B J E C T U M R E C I P I E N S , vel ad quod, defluxio-
nis, sine dubio sunt P U L M O N E S , quos hic primariò ac-
cusandos esse ex eorum actione lassâ videre est. Nam respi-
rationem alias dispensant, sanguinem attenuant, circula-
tionem promovent & plures alios utilissimos & necessarios pro-
ducunt effectus ; hic verò omnia contrario modo se ha-
bent. Ut ut autem plurima hanc in rem adducere possumus,
ut hinc afficiendi modus magis pateat ; pauca tamen so-
lum feligemus & supponemus quasi.

Constat quippe, quod, verbis *Coi, ὁ πλέυρων κοῖλός ἐσ-
τι τοῦτος αὐτῷ θεί στεγή, pulmo cavus est, et in ipso fistula est.*
l.4. de morb. c.30. t.4. § 5. Cavus est per totam suam sub-
stantiam, quod elegantissimè omnium demonstravit & per-
texit *Malpighius epistola i. de pulm.* docens illum nil aliud es-
se, quam aggregatum quid ex levissimis & tenuissimis mem-
branis, quæ extensa & sinuatæ infinitas vesiculas orbicula-
res & sinuosas efformant. Libertas nempe viarum nullibi
image necessaria requirebatur, quam hoc ipso loco, unde a-
spæræ arteriæ propagines, amissâ cartilaginositate omni,
in infinitas cellulas & tubos bronchiales abeunt, ut totus
pulmo spongiam marinam æmuletur, subtensâ membranâ
tenui & lævi, inflabilem poris & vesiculis innumeris.

Et ita quidem cavus est totus pulmo, ut solus aer un-
dique ipsas has cavitates expandat & subeat. Licebit enim
hac occasione nobis statuere & ulterius ponere poros di-
versos in pulmonibus pro humoribus & aere ; ita quidem
ut

9.

ut introrsum non nisi aeri , extrorsum non nisi eidem & humori aqueo diffabili (quæque secum vehere aptus natus est) pateat via. Cui rei non solum experimenta mecha-nica velificantur, si quis per vasa sanguifera liquorem, vel sanguinem vivum injiciat, pulmonem verò folle sufflet; verum etiam ipse sensus in statu naturali & præternaturali. Quodcunque enim heterogeneum in has cellulas eructatur, illabitur, ingeritur, tussim movet & ad sui rejectionem archéum admonet, ut alia taceamus. Ipse verò sanguis non illabitur penitus ordinariè, nec lympha, nisi blandissimè attenuata, ne negotium cavitatibus faceat, huc adigitur.

S U B J E C T U M A D Æ Q V A T U M statuimus C O R , quia pulmonum motu impedito, sanguinis circulatio etiam ladi-tur, & vice versa. Argumenta ut non adducam, evolvi meretur experimentum Chicotii in *dissertat. de asthmate p. 9.* it. R. Hockii *Transact. Philos. Anglic. 28. insertum, & Loweri in tract. de cord. c. 3. p. 177.*

Cum verò si ullo in morbo ex confluentia oriundo, sanè maximè in catarrho suffocativo, præter fluentis humoris copiam, membrique recipientis infirmitatem, partis mandantis, quod vocant S U B J E C T U M C A U S Æ , habenda sit ratio, vid. *Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 8.* magna inter veteres & neotericos de subjecto hoc mittente, vel in quo seu collectionis determinando agitur lis. Veteres catarrhum suffocativum cum reliquis catarrhis indifferenter à capite arcessebant. Dicebant enim ex omnibus in infimo ventre contentis visceribus, in primis datâ ventriculi & hepatis *αιλυρεαξίᾳ*, continuum materiae vaporosæ ascensum & elevationem ad caput fieri, ibidem condensari, & per foramina secundi parisi nervorum, juxta *Vesalium*, ad oculos, per os cuneiforme

B

me

me ad palatum, per processus mammillares & os cribiforme, item puncta lachrymalia in osse maxillæ superioris in foramen unum coëuntia ad nares, per interstitia integumentorum communium ad artuum extremitates vapores in lympham conversos distribui & defluere. Condensationem verò non differre ab eâ, quæ in secundâ aëris regione fit, ubi vapores è terrâ elevati in pluviam convertuntur, & suo pondere ad inferiora decidunt. Caput enim ut tectum fumosæ domui, quod *Galenus* volebat, vel ut alembicus cucurbitæ, quod *Hippocrates*, l. 4. de morb. c. 6. t. 9. impositum, & ob frigiditatem vapores concentrare aptum natum esse.

Contra ea recentiores arguunt 1. Circulationem sanguinis cum viscerum *avilpæcia* stare non posse, quod à sanguine unicè & proximè omnis dependeat calor, omnisque vigor, ab hujus variâ diathesi totius corporis peripheria omniaque viscera naturalem vel præternaturalem sentiant calorem, & parte unâ temperatâ vel intemperatâ redditâ, necessariò mediaente sanguine, qui corporis nostrilar est, ut *Harveus* illum appellat, & altera talis reddatur. 2. Vaporum elevationem ex infimo ventre, si quidaretur, diaphragmate & thorace intercipi, si verò è ventriculo per œsophagum ad cerebrum duceretur, ultra palatum ascendere non posse, & si fieret, omnia individua majori vel minori pro subjectorum varietate defluxionibus catarrhalibus fore obnoxia. 3. Comparationem meteorologicæ evaporationis cum corporis nostri non satis commodam esse, nam spatiū in illâ amplum esse, in hâc angustum, in illâ frigidum, in hâc calidum & caloris causam satis superque abundantem, adeoque magis ad dissipandum & segregandum, quam condensandum & concentrandum ido-

1117

idoneum. Denique 4. Veterum vias, per quas catarrhus descenderet, non posse demonstrari. Vid. *Helmont. tract. de asthm. & tusi, ut & tract. catarrhi deliramentum. it. Lowerus & Schneiderus de catarrhis.* Quapropter materiam catarrhorum non ex cerebro, sed ex totâ massâ sanguineâ ferri contendunt, quæ in palatum & nares prius has sordes deponat, quam ad sacrarium cerebri pertingat. In primis verò catarrhum suffocativum non à lymphâ in vasis lymphaticis splendente, à quâ reliquos catarrhos deducunt, multò minus à capite descendente, sed à sanguine, quando à naturali deflectit ~~et~~, semper & unicè derivant.

Ut verò unius rei plures possunt esse causæ; ita non quidem hâc vice componere istas lites omnes animus est, licebit tamen fluidum illud & catarrhale ab utroque fonte arcessere tum à cerebro, quando cum reliquis capitinis glandulis copiosam dimittit lympham, tum à massâ sanguineâ.

De catarrhis in genere, an omnes à capite descendant nec ne, cum id huc non perrineat, mentionem non faciam, sed de eo legi meretur accuratissimus *Bohnius, Lipsiensium Professor celeberrimus, in disputatione de catarrb. anno 1675. habitâ.* Suffocativum verò dictum interdum à cerebro natales suos derivare, prægnantes ob causas affirmamus.

Statum sit & certum per hodierna principia defluxionis & catarrhorum materiam esse arcessendam, sicubi è canalibus suis aberret & exundet lympha, iisdem obstrutis, impeditis, gravatis vel alio modo lacesitis. Constat cerebrum glandulam esse, quod nec à veteribus nec recentioribus in dubium vocatur, unde etiam ab *Hippocrate* glandula maxima appellatur, & in illo post mortem tantâ co-

più reperiri lympham, quantam alibi, præterquam in pericardio, in toto vix offendas corpore. Vid. *Magnificus. D.D. Praeses*, cui profectus, quos feci in arte medicâ, maximè debeo, & *Willis. c. 11.* Non minus certum est, glandulas esse lymphæ diverticula & fontes, perpetuum inter glandulas & vasæ lymphatica intercedere commercium, quia, ut cum *Stenone* loquamur, in spec. observ. de musc. & glandul. p. 41. nullum adhuc visum fuit vas lymphaticum, quod non à glandulâ quâdam oriatur, vel in glandulam quandam inferatur. Quin imò vasæ lymphatica esse non minus vasæ catholica quâm venæ, arteriæ & nervi; in cerebro & capite reperiri excernicula seri plurima per ramos patentes & majores, neque enim vasæ salivalia alia esse quâm lymphatica nobis persuasum est. Accedit, quod insignibus canaliculis lympha à capite deorsum properet, ut superflua ad cor reducatur; quod glandulæ bronchiales binâ serie, inter asperæ arteriæ annulos locatae sint plurimæ; quod lymphatica vasæ per totam pulmonum substantiam decurrant & surculi horum à pulmone exteriore versus radices ejus tendentes in plures ramos majores coeant. Vid. *Willis. l. c. p. 12.* & *Rudbeck. Tab. 2.*

Cum ergo & sensu teste ægri manifestam sentiane defluxionem, & multi dentur, quibus nares penitus non fluunt, sed deflectit humor notabiliter per fauces ad thoracem, facile efficitur, lympham in cerebro & glandulis reliquis capitis, palati, buccarum, sublingualibus, tonsillarum, maxillarum, parotidum, jugularium &c. regurgitantem, mediabantibus vasis lymphaticis, in asperam arteriam & bronchia pulmonum ferri & a'gegō illabi posse. Vid. *Jacobus Heinrichus Pauli anat. Bils. anat. c. 8. p. 83.*

Sufficiunt hæc viæ, licet alias quoque evidentes firmishi-

missimis rationibus idem Curiosissimus Dn. D. Bohn. in ci-
tatâ differt. de Catarrb. §. 12. item in programmata quodam
publico contra Lorverum & Schneiderum volumine suo de
catarrb. in specie lib. 2. Sect. 2. cap. 20. p. 206. & tract. peculiarit.
de osse cribriform. demonstret, & per os cribriforme exitum
iisdem concedi debere adstruat, id quod non solum sensui
sed & rationi est quam manifestissimum. Calculum suum
quoque addit Willis. de cerebr. anatom. cap. 12. p. 60. ut taceam
eundem Willisi l. c. statuere, per os cuneiforme ex glan-
dulâ pituitariâ ad palatum lympham defluere posse.

Ipsam verò massam sanguineam materiale hoc sero-
sum secum fovere, & viscerum quoque culpâ aliorum, ceu
subjecti remotioris, id variare concessum & extra dubita-
tionis aleam positum est.

C A P U T III.

Causam immediatam & mediatas proximiores exponit.

Expeditis his, ut putamus, facilis jam erit in causarum in-
vestigatione progressus. Quemadmodum verò ex
perfectâ partium contemplatione totum illucescit; ita
ex legitimâ causarum cognitione intellectui fese res ipsa
seu inde effectum prodit, cum ex ipsis velut suis principiis
pendeat, & in esse suo constituatur. Inprimis autem me-
dicis, quos ad curandi rationem deducit, causarum notitia
summè necessaria est, nam *Peripateticorum Coryphaeol. 2.*
phys. r. 3. attestante, tunc demum scimus, quando rem per
causas cognoscimus. Sunt autem illæ receptâ methodo
vel immediatae vel mediatae, haec vel proximiores vel remo-
tiores.

CAUSA IMMEDIATA est obstructio pororum spiritalium *ἀρρενώς* intentata. Hac etenim positâ, statim præstò est affectus, & inter hunc illamque nulla alia intercedit, unde & in hoc cum apoplexiâ & Syncope communicat. Quicquid enim apoplexia in cerebro, syncope in corde, id catarrhus suffocatus in pulmonibus efficit. In apoplexiâ *πνευματοσύνη* in poris cerebri, in syncope *αιωνιότητα* in cordis ventriculis, in catarro suffocativo in pulmonum cavernulis & poris obstructio deprehenditur.

CAUSÆ MEDIATÆ PROXIMIORIS vicem sustinent, quæcunque poros hos obstruere adeoque motum sufflaminare seu suffocationem inferre apta sunt. Cum ergò hujus in humorosam & vaporosam causam communiter fiat divisio, facile patet non posteriorem, sed priorem in censem causarum harum venire.

Sin fluxile illud specialius quod *essentiam* determinandum fuerit, quid magis causæ vestem meruerit, quam sanguis & serum horumque *ανεψιτης* & *δυνάμεις*, vel humores alii quoque ad horum classem & immutationem reducendi, quoad *essendi modum* peccantes *quantitate*, *qualitate* & cum primis *motu*? Hinc unanimiter quasi ab auctoribus circulatio sanguinis in pulmonibus impedita ac turbata accusatur. Sanguis magis *δυνάμεις* & mediatè, serum *πρέστης*, magis & immediatè id præstat.

Sanguis ergò qui diversimodè respirationem modificat, hanc cladem inducit, dum magis vel minus pro maiori vel minori affectus vehementiâ in pulmonibus stagnat, grumescit & in coagulum abit. Adeoque accusari potest ejus *copia*; hinc in plethorâ *πλεθός αγχίστη*, quoad *νήση*, cum illorum extensione & lassitudine gravativâ, carnosis propriâ, hoc malum sæpiissimè observari solet. Nam san-

sanguis purus & superfluus, qui abundat & naturam gravat, spatum pulmonum omne nimis replet, & ad excipiendum novum sanguinem incapax reddit. Vid. *Sylv. l. i.* *Prax. c. 20. §. 7. & 8. p. 208.* Notanter dicimus omne spatium pulmonum repleri, cum particularis stagnatio propter obstructionem alicujus vasis inflammationem peripneumoniam dictam inducat.

Non minus huc facit *crassities & visciditas*, ob instrumenta coctionis, calorem & fermentationem, non rite habentia. Ut enim chylus in statu naturali blandâ evolutione evaporare & spirituascere solet; ita in præternaturali calore & fermento vitiato centra ingestorum non referantur, ~~et~~ debito modo non fit, chymus ~~uolunt~~ contrahit, primæ via & massa sanguinea conspurcantur; nam qualis chylus, talis sanguis, & qualis sanguis, talis sanitas, cum vitia primæ concoctionis non corrigantur in secundâ, nec in tertiatâ. Hinc crassus & viscidus humor ad rarefactionem ineptus, stagnare in pulmonibus incipit, quò minus libera respiratio exerceri possit. Visitur hoc non raro in infantibus, qui hinc non solùm, à cruditatibus in ventriculo & primis viis congestis, asthma præcordiale cum respiratione satis diffici & molestâ experiuntur; sed & ipsum catarrhum suffocativum à sanguine crudo & mucilagine viscidâ bronchiis & cavitib pulmonum firmiter adhærente viasque respiratio- nis infarciente. Sic ob eandem rationem hystericae huic affectui sunt obnoxiae & tali mortis genere diem suum obeunt. Item plethorici ~~reducere~~ obvauiv, quoad vires, cum membrorum gravitate. Hi vel naturâ, vel otio, vel vi- citus intemperantiâ obesiores redditî, cum asthmatici ut plurimum esse soleant, & vas a minora obtineant, sanguini-

nisque motu torpidiori, partim ob corporis constitutio-
nem, quæ vasa quasi comprimit, partim ob humorem len-
tum viscosum, qui in vasis hæret, eaque obstruit, & ita se
ipsum incarcerat, prædicti sint, facili de causâ strangulatu
subitò de medio tolli solent.

Memoranda quoque sanguinis *coagulatio* & *concretio*,
ab acido vel austero facta. In cuius rei fidem facit experi-
mentum à D. Fracassato *Anatomie Profess. Pisan*o institu-
tum; *Vid. acta philosoph. Societ. Regia Anglican. anno 1667.*
n. 27. & ab aliis, ut Lipsiensum *Anatomico felicissimo*
Bohnio in allegata disp. de catarrb. §. 20. & celeberrimo D.
D. Etmüller c. l. non impari successu tentatum. Quan-
do scilicet per syringam infunditur spiritus acidus & coa-
gulans ad 3 ij. præterpropter aquæ sufficienti quantitate di-
lutus, v. g. nitri, vitrioli, sulphuris, vel etiam aquafortis in
venam animalis cordi satis propinquam, ut jugularem, cru-
raleim, vel aliam notabilem, sanguis successivè omnis coa-
gulatur, & per angustiores meatus ad circulandum ineptus
reditur. Hinc animal mox summâ difficultate spirandi,
catarrho suffocativo perquam simili, juxta *Bohnium*, imò
juxta *Etmüllerum* perfectissimo corripitur, pituita spumo-
sa ex ore ipsius profluit, tandemque suffocatum perit, quo
aperto tota pulmonum substantia cavernosa cum ramis
tracheæ simili muco spumoso referta conspicitur, indicio
manifesto separati inde & in poros spiritales irruentis seri.

Porrò à juvantibus id videre est, cum venæctione
adhibitâ in momento sàpe respiratio liberior percipiatur.
Denique quotquot hoc morbo conflictati vitam cum mor-
te commutarunt, post obitum dissecti, sanguine fixo &
grumoſo vasa distenta magis, quam par eat, aut in aliis ca-
daveribus solet, exhibuerunt. Ex quibus firmiter con-

clu-

cludi potest, ab hoc infarctu sanguineo, fato immaturo functos, suffocatos fuisse. Nobilissimus *Etmüll. c. l. de chirurg. infus.* ab acido excessivo ab inferioribus partibus allato, in primis à pancreatis acido & austero succo sanguini infuso idem oboriri existimat. Et *Sylv. l. i. prax. c. 30. §. 105. p. 249.* Præfocantes febres tribuit halitibus austerioris è succo pancreatico, propter stagnationem austriore facto, in eisdem cum bile effervescentiâ excitatis, nec tantum ad ventriculum, ac œsophagum, verum per lacteas venas, ductumque thoracicum ad cor etiam & pulmones assurgentibus, atque in œsophago suffocationis sensum, in pulmonibus autem suffocationem veram nonnunquam producentibus.

Ab inferioribus partibus seu primis viis ejusmodi acorem peregrinum ferri posse, hypochondriaco - scorbuticorum vomitus testantur; qui sâpe tantâ pollutient aciditate, ut non modò dentes stupefiant, sed & in pavimento effervescent, & vasa ipsa objecta quasi corrodant, quod à *Magnifice Preside* non semel audivisse me memini; item illorum respiratio difficilis, quæ unâ vel alterâ horâ à pastu, quando chylus humore acido, austero & pontico inquinatus sanguini infunditur, plurimum intenditur, & cum suffocationis metu interdum conjuncta est.

Inter partes verò inferiores ventriculus nisi primas tenet, non omni vacat culpâ. Nam quando spiritus animales, qui in sanis copiosè adfluunt, deficiunt, & alimenta improportionata assumuntur, ventriculus de tono suo dejicitur, fibræ ad expellenda ingesta redduntur insufficientes, adeoque morâ suâ acescunt assumpta, & quæ sequenti tempore ingeruntur, simili chartere imbuunt. Hinc nullus dubito vitiosam hanc qualitatem cum sanguine

C

com-

anno
communicatam eidem aptitudinem quandam ad coagulandum inferre posse.

Non indictus relinquendus hic *Polypus cordis* à recentioribus anatomicis, in primis à *Nic. Tulpio* ob aliquam analogiam ita dictus, licet non in corde tantum, sed in plurimis quoque vasis sanguineis reperiatur. Duplicis generis in scholis medicis fit mentio: (1.) Impropriè & abusivè sic appellati, à sanguinis coagulo facilè ortum trahentis, de quo *Kerckringius* obs. 73., quorsum referri posse videtur sanguis crassior & concretus instar medullæ sambucinæ, qui *Johan. Riolan.* in *Enchirid. Anatom.* l. 3 c. VIII. p. 139. post febres ardentes apparuit. Simile quid annotatum fuit à *Fernelio* in *physiol.* l. 6. c. 7. (2.) Propriè talis & veri, de cuius generandi modo, præter *Tulpium*, *Marcellus Malpighius* in *dotissimâ dissertatione de polypo cordis egregiè* differit. Videri insuper meretur *Sebastianus Pisinianus* medicus & *Patricius Lucensis* in *epistola de cordis polypo*. A polypo & similibus concrecentiis hunc affectum excitatum fuisse testatur *Barthol.* c. 2. *Epist.* 86. p. 683. & *Job. Georg. Greifel. miscell. curios.* anno 1670. obsr. v. 47. p. 179. in omnibus apertioribus apoplecticorum vel catarrho suffocativo extinctorum aut in corde, aut in cerebro, vel non raro in ambobus corpora callosa, viscida ac glutinosa vidit. Quippe sanguinis motus hoc ipso inhibetur, ut restagnet in pulmonibus, eorumque actionem lædat. Hinc pro situs diversitate modò hunc, modò alium causatur affectum, ut exercitatissimus anatomicus *Marcell. Malpigh.* l. 6. p. 172. observavit.

Patet vero hinc, nos eorum opinioni, qui catarrhum suffocativum deducunt à sanguinis nimiâ rarefactione ab excitatis & exaltatis particulis sulphureis & salinis volatilibus, quando lentorem suum torpidum exuit, minimè as-
sen-

F. 19. v.

sentiri. Liceat nobis huc insignem locum Willisi de affect. hyster. p. 3. inserere, ubi Highmore, qui cap. 3. de hyster. pass. pag. 28. strangulationem in suffocatione uterinâ à nimia sanguinis subtilis & flatulenti in pulmonum vasis cor-disque thalamis infarctu ortam operosè adstruere conatur, non veretur contradicere, his verbis utens : Sanguis quantumcunque intra ductus satis apertos effervescit, nisi aut ipse coaguletur, aut partium, à quibus impellitur, virtus motiva deficiat, eos nunquam ita infarciendo obstruit, ut sibi viam præcludat. Enimverò si uspiam omnino contingenteret, saltem ubi sanguis maximè turgescit, scil. in febre causone, aliarumq; acutarum paroxysmis, in quibus sc. tota massa sanguinea velut in flammatum acta, & plurimum rarefacta, ductus omnes, qualicet, rapidissimè trahit atq; rapido hoc cursu calorem intensissimum ubique diffundens, vasa valde implet, ac immaniter distendit, ita ut cerebri claustra sæpe perrumpens, functiones animales perturbet, & non raropenitus evertat : quapropter si omnino ab ullâ sanguinis turgescentiâ cor, & pulmones periclitarentur, ab istâ sanè non tantum oppleri, sed planè obrui oporteret; quod tamen ita evenire observatio communis nunquam testatur, nam cor & respirationis organa, magno labore & nixibus creberimè repetitis, sanguinis impetuose sese ingerentis circulationem expediunt: si quando autem ab immodico febris æstu deliquium aut mors accident, id propterea evenit, vel quod musculi pnevmonici, & cor ipsum à vehementi & diuturno exercitio, fractis tandem viribus fatiscunt, vel quia massa sanguinis insigniter depravata, & quoad crasin exoluta, ad fermentandum amplius, sive accendendum inhabilis evadat. Et quæ plura notatu digna ibi habet.

Par ratio est lymphæ seorsim spectata. Hac enim

C 2

non

non secus ac sanguis quantitate, qualitate & motu peccans, ut in reliquis corporis partibus ob motum retrogradum impeditum stagnat, earumque actionem laedit, ita in pulmonum pores *αθεόως* stagnans suffocationem præcipue intentat, quando, quod pedetentim afficere potest, & expectorari debet, *αθεόως καὶ θιάως* in bronchia irruptit. Et si fateri volumus quod res est, serum respectivè magis ferè, quam sanguis catarrhi suffocativi materia est, ita ut uterque quidem humor concurrat, sanguis tamen magis circumcirca obstruat, & motum eorundem sufflaminet, quod v.g. in hysteris fieri diximus, intus verò ad penetralia spirationis admittatur & suffocet serum, seu tenue solum, seu simul tenue & in recessu ad coagulationem aptius.

Tale est, si consideretur intra vasa & transudans vel elabens in bronchia, omne enim extra sphæram suam positum ad coagulum inclinat magis, non minus ac sanguis extra canales suos concrescit ac grumatur. Tale est, quod tartareas & salinas miculas secum condit, unde in arthritidis & scorbuticis morbus hic non raro visitur. Et experimento constat, expectoratione serum coagulatum, quovis modo attenuatum & eductum, morbum levare.

Nec absonum est statuere, desuper illabi & impetuose irrorare magis serum in catarrho suffocativo propriè dicto; quam subtùs restagnando, ut in moribundis videatur magis id fieri. Inde verò judicare in proclivi est, quantum mole & vitiosis qualitatibus suis pulmones distendere, comprimere, obstruere, seu motum eorundem & simul sanguinis inhibere, serum queat, quibus, ut superius jam diximus, non minus ac aliis membris corporis, sua sunt vasa lymphatica. Poteſt ergò & in illis quoque lympha varias

alte-

IN 23.

alterationes & corruptiones incurrere, nec morborum u-
nam faciem constituere.

Pertinet hoc denique utriusque communis *regurgi-
tatio*, quando materia vitiosa ē massā sanguineā semel ve-
lūt despumascendo, vel aliis modis segregata à peripheriā
ad centrum & organa spiritalia ob errores externos iterum
vergit. Materia enim hæc, cum heterogenea & fermenta-
tiva sit, sanguinis cras in insigniter pervertit, motum e-
jus circularem turbat, & ad stagnationem & grumescenti-
am ob fibras ex ordine dimotas eundem disponit. Sic ca-
tarrhum suffocativum à scabie ob adhibita medicamenta
poros cutis occludentia, humoremque ad interiora repel-
lentia annotavit *Hildan. cent. 3. obs. 10. p. 192.* & ab ulceri-
bus capitis in pueris citius, quām par erat, nīmio siccanti-
um usū curatis *Schneider. l. 5. c. 4. p. 300.* Sic variolas subi-
tō retrocedentes in suffocationem terminasse testatur
Theod. Kerckring. spicil. anat. obser. 62. p. 162. Sic obser-
vatum est, arthriticos, quando vel præ copiā materiae tarta-
reæ, vel debilitate archei protrudi ad articulos non potest
materia, mortem per suffocationem talismodi experiri.
Vid. *Kerckr. l. c. obs. 28. p. 66.* Mittimus exempla alia, quæ
apud Practicos hinc inde obveniunt.

Ex quibus omnibus hactenus & capite præcedenti
expositis claret, motu potissimum peccare causam morbi-
ficam, & quidem non tam *generationis* per *συναρθρω-
σίαν* lentam & paulatinam collectionem, quām *locali*, fa-
cto *πλαυσιῳ* & irruptione, & unde arcessenda sit ipsa
hæc fluxio, ut de parte *mandante* & *recipiente*, de *vias* item
& modo non opus sit, ut pluribus dicamus.

Cum verò motum hunc cum humorum tum pulmo-
num ipsorum moderentur etiam cum primis spiritus ani-
males,

1124.
8833.

males, horum quoque culpâ circulationi sanguinis & seri frena injiciuntur, quando vel vitiosè, vel planè non in organa respirationi dicata influunt. Vitiosè influunt ob convulsivos nervorum & fibrarum pneumonicarum motus, in scorbuticis præsertim ab humoribus acidis, austoris & peregrinis, de quo videatur inter alios *Mayow. de respirat. p. 15.* Et talis procul dubio quoque agendi erit modus fungorum venenatorum suffocationem inducentium. Huic pertinent vapores alii maligni & heterogenei, v. g. metallorum, carbonum incensorum, cærevisia recentis, musti &c. De metallorum noxis evolvatur *Stockbusius de asthmate montano in appendice libelli de Lithargyrin fumo noxio, it. Langius in epistol. l. 1. epist. 43. p. 189. seqq.* Planè non influunt ob canales eorum obstructos, compressos & præcisos. Ut enim in reliquis partibus, nervo præciso, à quo actuatur, pars rigida, & ad motus genera exercenda inepta redditur; ita & hic in universum motum statim cessare refert *B. Job. Theod. Schenck. vid. Bartholin. anatomi. reform. lib. 2. de thorac. p. 425.* Sic in gravissimâ apoplexiâ ob spirituum animalium influxum denegatum stertor lethalis, ad instar catarrhi suffocativi toto die accedit, & respiratio planè sufflaminatur, unde idem propemodum est interitus apoplexiâ interemptorum ac eorum, qui catarrho suffocativo intereunt, imò ex impedito sanguinis motu vasa pulmonum disrupta notavit *Car. Fracass. Tetradi. Epist. p. 424. & 414.* Sic in asthmate nocturno seu incubo ob eandem rationem suffocationis periculum imminet, uti illud in dissertatione nostrâ de incubo ante biennium habitâ latius diduximus, idemque in epilepsia ipsâ quoque visitur.

CAP.

C A P U T I V .

*Causas mediatas remotiores
rimatur.*

UT verò causæ morbificæ hæ vel producantur, vel effe-
ctum fortiantur sèpius dictum, causarum reliquarum
classes symbolum suum ubertim conferunt.

Inter NATURALES primum occupat locum
TEMPERAMENTUM, quod uti ex seri & sanguinis, quæ
vehiculum sunt calidi innati, & ipsum constituunt, dispo-
sitione variâ resultat; Vid. *Magnif. Praes. in theor. med.*
part. 1. Sect. 3. §. 11. ita si particulae sulphureæ sub serosa-
rum sunt dominio, vel etiam oleose balsamicæ quantitate
& qualitate abundant, ac quandoque acidis conspurcatæ
sunt, facilè id ansam affectui præbere potest. Hinc juxta
Hipp. 3. aph. 12. SENILLATI, ac, argumento *3. aphor. 26.*
PUERILI οὐς ἐπὶ τῷ πόλῳ, insidias struit. Ultraque enim
humiditatibus plurimis ad diluvia microcosmica excitanda
scatet, licet in senibus humidum magis sit excrementitium,
nam sicci alijs audiunt ob defectum humiditatis naturalis;
in pueris verò substantificum magis, cum ortui propiores
sint. Porrò illis etiam magis familiaris est ob diathesin
sanguinis acetosam; his ob laudabilis sanguinis copiam.

Huc quoque HABITUS CORPORIS densior refer-
tur, dum serosis humoribus per insensibilem transpiratio-
nem viam præcludit, & ita illos in corpore cumulat.

Ex NON NATURALIBUS, quarum vulgo sex
numerantur, plurimum huc confert AER, à quo tanquam
pabulo admisso vel denegato flammula nostra vitalis, si-
mili

4026.
4027.

mili modo ut in chimicorum laboratoriis ignis, sustentatur & extinguitur. Hic vel ob anni tempus, vel ob regionis situm & poli elevationem variat, humores vitiolos facile coacervat, & plurima morborum genera producit. In catarrho verò suffocativo frigidus, borealis, pluviosus, paludosus, nebulosus, crassus, impurus vel alio modo deturpatus, quatenus vel per vasa pnevmonica attrahitur, vel per cutis spiracula cum sanguine communicatur, ea que occludit, & id, quod per insensibilem transpirationem excludi debebat, in laticem spissum coagulat, in primis causæ vestem induit. Catarrhos epidemios *Valescus de Taranta Montispessuli Anno 1387.* & *Mercatus ac Forestus 1.6.* obseru. 3. p. 102. in Germaniâ notarunt, & *Zecchius* consultat. 20. 23. 25. 41. 45. & 89. testatur cœlum Romanum destillationibus esse feracissimum.

CIBUS & POTUS largos imbræ hos pariunt, quando in iis assumendis error committitur, vel in *quantitate*, obruendo corpus, unde ob nimiam ingurgitationem ventriculi fibræ distenduntur, & fermentum illius obruitur, ut nec debito modo comprehendantur, nec recte concoquuntur ingestæ; vel *qualitate*, si victus fuerit prævus & difficilis concoctionis, ut sunt carnes sale conditæ, fumo induratae, leguminum genera, cerevisia non defecatae &c. vel *utendi modo*, quando sapienter de die, reliquis ingestis nondum concoctis, alimenta assumuntur, & matutino tempore, ac vix præsumpto cibo potus copiosè hauritur. Ex hoc enim præpostero & intempestivo assumendorum ordine, quanta malorum caterva in corpus resultet, non est, ut pluribus expōnam.

SOMNUS

SOMNUS & VIGILIAE, si modum excedant, juxta Hipp. 2. apb. 3. mala sunt. Somnus namque epimenideus quia torpidos reddit spiritus, & menti inducit stuporem, excrementaque detinet, non leve in colligendis vitiolis humoribus confert momentum. Vigiliae vero nimirum spiritus praesertim animales consumunt, ut nullum viscus suum recte obeat officium, & in primis ventriculus loco chyli dulcis μόλυνσιν elaboret, & stigma vapidum, aquosum, iners in vasa lactea eructet.

Nec minimum momentum confert *QUIES & MOTUS*. Ut enim medium in omnibus est optimum, ita quoque si justo modo & tempore fiant, non levem in conservanda sanitate praestant operam. Contra vero, si limites transcendent, in producendo hoc affectu suum θηβαῖον μέρος apportant. Immoderata enim quies & vita sedentaria humores incrassant, poros ac vias subtiliores obstruunt, totumque corpus heterogeneis replent ichoribus. Motus autem inordinatus, & post cibum statim institutus chylificationis opus impedit, chymumque crudum & semicoctum in vasa præcipitat, massamque sanguineam impuram reddit, ut non raro loco mercedis scabie & catarrhis ornatos videas, qui in eo peccant.

ANIMI PATHEMATA si excedant, sanguinem ejusdemque circulationem turbant, & non mediocrem huic malo somitem subministrant. Sic à vehementi corporis & animi commotione catarrhum suffocativum inductum narrat *Balthas. Timaeus à Guldenklee l. 1. cas. med. 19. p. 46.* In primis vero à terrore, ob coagulandi vim, quæ pollet, generari posse eundem credibile est.

EXCRETA & RETENTA denique huic malo manum porrigit, si ea, quæ excerni debent, retineantur & vice versa.

D

Ta-

Tacemus ex classe rerum PRÆTERRATURALIUM affectus alios, qui ad excludendum hoc malum ovum concurrunt, in primis tussim, asthma, affectum hypochondriacum, scorbutum, scabiem retropulsam, arthritidem recentem & alios.

C A P U T V.

Differentias recenset.

ET si affectus nostri differentiae ex superioribus innotescere, paucis tamen ob methodum eas considerare lubet. Desumimus verò illas vel à GENERE, unde alias est proprie sic dictus & verus, qui à lymphà derivatur, alias inproprie & abusivè sic appellatus, qui à massæ sanguineæ dyscrasiâ magis dependet, & suffocationis potius nomine venit, cum omnium catarrhorum causa sit lympha. Similiter intermitiorem & graviorem, prout magis vel minus suffocatores pulsat, differentia institui potest.

Ratione SUBJECTI aliis est per idoneas, ob vitium in ipsis tubulis, & domesticam pulmonum præternaturalem diathesin; aliis per avenas, quando cerebrum cum reliquis capitis glandulis & vasis lymphaticis concurrit.

Ratione CAUSARUM tot sunt differentiae, quot superius adduximus causas.

Ratione ACCIDENTIUM aliis est primarius, qui nullo alio præcedente morbo ingruit, aliis secundarius, qui subsequitur scabiem, arthritidem, variolas &c.

C A P U T VI.

Signa diagnostica & prognostica proponit.

Cum morbi non cogniti nulla sit curatio, ideoque signorum

gnorum doctrinam non contemniemus, sed quæ ad accusatiorem affectus hujus *diágywou* facere possunt, breviter apponemus.

SIGNA DIAGNOSTICA duplices sunt generis, vel enim imminentem vel præsentem indicant affectum.

IMMINENTIS signa esse possunt, si plures causæ recensitæ præcedant, & varia alia symptomata, ut sternutatio frequens, screatus, sputum continuum, destillationis salsa in ore sensus, &c. quæ omnia sero si humoris abundantiam notant.

PRÆSENTIS indicia manifesta sunt ægris ipsis & adstantibus. Fit enim subitanea respirationis difficultas cum dolore pectoris gravativo, anxietate, stertore, vocis læsione & suffocationis metu, sine sensu & motu jacturæ, imò interdum tussis observatur in principio, pulsus est modò celer, modò rarus & debilis. Hæc vero signa pathognomonica omnia ob sanguinis circulationem pnevmonicam impeditam, pororum spiritalium intentatam obstructiōnem, & pulmonum motum depravatum accidunt.

Quia verò nonnullæ affectiones, ut syncope & apoplexia cum catarrho suffocativo convenientiam quandam habent, de quo agit *Theoph. Bonetus in anatom. pract. l. i. Sect. 17. observ. ii. in schol. p. 324.* capropter signis distinctivis opus erit. Distinguitur ab *apoplexiâ* sensu & motu præsentia, nam in *apoplexiâ* gravissimâ simili fermè modo respiratio cum stertore & spumante ore negotium facessit. A *syncope*, quod in illâ pulsus sint obscuri, facies cadaverosa & respiratio planè cesset, cuius phænomeni rationem vid apud *Sylv. l. i. prax. c. 22. §. 5.* & alios. A *catalepsî*, quod totū corpus marpesia rupis ad instar decumbat & respiratio salva sit. Ab *epilepsia* mortibus convulsivis facile di-

1120.
gnoscitur. A *Suffocatione hysterica & asthmate*, quocum multum ipsi convenit, invadendi modo, interpolatione, periculo, & aliis circumstantiis distinguitur.

Ratione C A U S A R U M & S U B J E C T I signa eruere ex hactenus dictis medico dogmatico non erit difficile.

S I G N A P R O G N O S T I C A triplicis sunt generis: 1. Salutis & mortis. 2. Longitudinis & brevitatis. 3. Modi eventus.

S A L U T E M & M O R T E M ratione G E N E R I S in hoc affectu præfigimus cum *Cratone in consil. med. à Scholz. editis cons. 18. p. 56.* his verbis: Catarrhus suffocatus non minus periculosus est quam apoplexia. Hæc vero quanto cum periculo conjuncta sit, cum neminem lateat, non est, ut verba de ea faciam. Attamen cum respectu invasionis, qua non unum eundemque semper servat gradum, prognosis limitari soleat, propterea catarrho suffocativo quoque limitationem aliquam adscribemus.

Sic minori cum periculo est, in quo respiratio magis ad naturalem inclinat statum, & libera est. Contra ea majus periculum post se trahit, si illa fermè inhibeatur, & spuma ab aere attenuato & rarefacto lymphæ admixto ex pulmonibus juxta *Willis. de morb. convuls. c. 3. p. 23.* in fauces elata insequatur, quæ ut plurimum notat ultimum naturæ conatum, & mortis irrevocabilis argumentum est. Hinc *Pechlinus de vita sub aquis cap. 7. p. 87.* putat si non mortis, tamen supremi viventium conatus signum esse, nam *Hipp. l. 2. apb. 43.* ait, è strangulatis & dissolutis nec dum mortuis ii non redeunt ad vitam, quibus spuma circa os fuerit, & *Cornel. Cels. l. 2. cap. 20.* his utitur verbis: neque is ad vitam reddit, qui ex suspendio spumante ore detractus est, quod tamen non universaliter valet. Nam

notum

*notum est, aliquos patibuli candidatos omnibus jam con-
clamatos largiori spiritus salis ammoniaci infusione revo-
catis fuisse, quale exemplum legi potest apud Pechl.c.l.*

Ratione SUBJECTI cum pars principalis, cuius maxima est necessitas, afficiatur, omnis catarrhus suffocatus periculosus judicatur, nam per se catarrhi non sunt lethales, quippe criticam mentientes evacuationem. Periculosior verò qui à massâ sanguineâ, adde & viscera ~~uvula~~
~~uvula~~, quam qui à lymphâ solum oritur. Maximum autem periculum indicat, qui à polypo, aut similibus concrescentiis ortum trahit.

Ratione LONGITUDINIS & BREVITATIS seu temporis eventus, cum affectus hic acutorum æmuletur naturam, brevis est terminationis, nam sæpiissime inter paucas horas vitam cum morte commutant ægri. Maxima enim respirationis cum sit utilitas, de quâ in primis evolvi potest *Swammerdam de respir. c.3.p.183. & seqq.* fieri aliter non potest, quin hâc cessante vita cessaet.

MODUS EVENTUS pro causarum & vehementiæ gradu est vel ad *salutem*, quando materia bronchiis inhærens eliminatur, circulatio sanguinis promovetur, & respiration facilius redditur; vel ad *mortem*, quando ad ejicendam materiam respirationis foco incumbentem archeus insufficiens est, adeoque spiritus fit præclusio, quam subita excipit suffocatio.

CAPUT VII.

Methodum medendi secundum indi- cationes continet.

*P*roximum nunc est, prælibatis iis, quæ ad affectus hu-
jus theoriam spectant, nimirum naturâ, causis, diffe-

rentiis & sighis, ut ad praxin seu curationem me conferam, quæ in scholis dogmaticorum juxta tritissimam M E D E N D I M E T H O D U M tribus suis absolvitur indicatio-
nibus: Curatoriâ, præservatoriâ & vitali.

CURATORIA omnem movet lapidem, ut citò, tu-
tò & jucundè causam immediatam & consequenter præ-
sentem eliminet paroxysmum, & suffocationem intenta-
tam proscribat.

PRÆSERVATORIA extra paroxysmum locum ha-
bet, & causas antecedentes respicit, easque, ne in actum
deducantur, radicitus extirpandas jubet.

VITALIS circa virium curam occupatur, quas par-
tim per alimenta laudabilis succi conservat integras, & i-
ta naturæ in opere suo suppetias fert; partim per conveni-
entia medicamenta in pristinum reducit statum.

Indicationibus his satisfit selectiori apparatu præ-
sidiorum ex uberrimis istis fontibus, CHIRURGICO,
PHARMACEUTICO & DIÆTETICO.

Cum verò ad mentem practicorum duplex requiri-
tur curatio, una tempore paroxysmi, altera post paroxy-
smum, ideo illam, quæ paroxysmum respicit, primò
trademus, hanc, quæ extra paroxysmum locum invenit,
subjuncturi.

C A P U T VIII.

Curationem in paroxysmo adducit.

IN paroxysmo valet hic illud, in tempore venire est o-
mnium primum, cum nullis in morbis cunctatio, tum
respectu medici, qui omnium horarum sit homo, tum æ-
groti,

2133.

groti, magis noceat, quam in illis, qui cum vita periculo sunt conjuncti. Quapropter non procrastinanda est curatio, sed medicus ad ægrum vocatus statim adsit, & quæ ex usu sunt, ordinet. Indicatio præcipua est, sanguinis motum & circulationem esse promovendam, & ægrotum à præsenti suffocatione liberandum, quod ipsum fit, si materia pulmonibus inhærens revellatur, resolvatur, dissipetur & quocunque alio modo causa removeatur.

Quoad ordinem administrandi à REVELLENTIBUS, & quidem à clystere cum Excellentissimo Etmüller o c. l. de ffermate ceti incipiendum statuimus. Potest enim & hic controversia, quæ in apoplexiâ moveri solet, in medium proferri, an clyster, an venæsectio præmitti debeat. Decisio hæc sit, si status morbi moram conficiendi concedat, clyster commodè præmittitur. Sin minus, venæsectio administrari potest, ne æger, dum clyster componitur, interea suffocetur. Non jam attendimus Helmontii utilia argumenta, qui cum affeclis clysteres planè rejicit, secutus in hoc Paracelsum, qui l. 2. de tartaro tr. 6. p. 422. turpisimum appellat medicamentum.

Nam medicorum practicorum suffragio usum habent non contemnendum, & naturâ præside nihil turpe est astimandum, cum revellant, eluant, educant, non solum feces, sed & flatus, unde sequentia præscribemus paradigmata.

R. rad. belen. alth. fænicul. ā. ʒβ.

herb. centaur. min. rut. chæref. marrub.

tussil. ā. mβ. sem. anis. fænic. ā. ʒj.

agaric. in petiâ ligat. ʒij. senn. Alexandr. ʒvj.

prunor. dulc. sicuum ā. n. iv. Coq. in f. q. ▽. simpl.

R. Colat. ʒvj. ol. rut. aneth. ā. ʒvj.

elect. diacarth. bier. c. agar. ā. ʒβ.

Θ. gem-

Θ. gemm. ʒj. vitell. ovor. nj. M. F. l. a. Clyster.
Applicetur tepide.

℞. decoct. comm. pro clyst. ℥vj. elect. diacarth.
bier. Logad. Ȑ. ʒʒ. Θ. ḡiat. ʒj. vitell. ov. nj. M.

Similes clysterum formulas in hoc affectu in medium affert Hoffmannus in M. M. c. x. p. 135.

Post clysteris applicationem, si remoretur, suppositorium ordinandum, vel ex illis quae prostant in officina, vel hoc:

℞. spec. bier. c. agar. ʒj. mell. anthos. ʒvj.
effent. fell. taur. Ȑj. M. F. l. a. suppositorium. Illitum
ol. diaclocynth. Querc. D. ad chartam. S. Stulzäpplein.

Deinde revulsionis gratia heroicum illud remedium ex fonte chirurgico VENÆSECTIO se sistit. Hanc quamvis nonnulli cum Helmontio pleura furens §. 7. p. 318. & tract. de febrib. c. 4. §. 39. p. 734. non admittant, accutiores tamen naturæ ministri practici, ad illam tanquam ad sacram anchoram confugiunt, neque facile, nisi gravissimum urgeat contraindicans, eandem intermittunt, depletis enim aliquantulum vasis liberior sanguini motus conciliatur. Hinc Magnificus Praeses in dissert. de Venæsect. c. 3. in asthmaticis carnosis, inquit, si vitium est in sanguine, qui circa cor stagnat, ut s̄pē fit, extemporaneum est remedium Venæsectio, quod etiam valet de catarro suffocativo quandoque.

Quod vero non semper æquali excipiatur effectu, id dependet à varietate causarum, usum tamen habet in omniferè catarro suffocativo, à quacunque recensitâ fiat causa, cum sanguinem imminuat in pulmonibus coacervatum, adeoque subsistentem respirationem liberorem reddat. Vid. hanc in rem elegans locus apud Malach. Truston. de respirat. usu primar. p. 64.

Quan-

*Quantitas ex virium tolerantia, habitu corporis, temperamento, regione, morbi ideâ, aliarumque circumstan-
tiarum ratione mensuranda est. Hinc solet emitti ad 3iij.
3iv. inò pro plethora modulo largior convenit. Sem-
per tamen videndum, ne quid nimis, in quo veteres & re-
centiores nonnulli peccant, qui non ad uncias, sed libras
nobilissimum illum vitæ thesaurum exhaustiunt.*

*Locus in pede omnium convenientissimus, hoc siqui-
dem modo alia quasi via naturæ monstratur, cum parte
detracta ad inferiora sic invitetur sanguis, & præsentior fi-
at revulsio.*

Defectum Venæ sectionis in timidis resarcire solent
CUCURBITULÆ tam SICCÆ, quam SCARIFICA TÆ,
variis partibus affixæ, quia simili modo sanguinem revel-
lunt, & eliminant. Singularem in modum easdem com-
mendat *Harveus exerc.anatom.3.de circulat.sanguinis p. 233.*
Hoc expertus sum, *inquit*, à suffocationis asthmaticæ sum-
mo discrimine cucurbitulis affixis, & multâ subito gelida af-
fusâ aquâ liberatos fuisse non paucos.

Porro ad revellendum FRICTIONES & LIGA TU-
RÆ crurum & brachiorum institui possunt, pectus quoque
& dorsum leviter fricandum, ad meatus dilatandos, ut ma-
jor & commodior fiat transpiratio.

Si maximum periculum infest, PHÆNIGMIS quan-
doque & VESICATORIIS opus esse, autor est classicus
medicinæ scriptor *Dan. Sennertus l. 1. Med. pract. part. 2.
cap. 34. p. 722.* Vesicatoria enim, juxta *Barthol. tract. de
vas. lymph. in hom. inventis c. 4. p. 177.* ichorem exprimunt
& provocant tenuem, quem vel lymphatica vicina suppe-
ditant, vel si in locis excitentur, in quibus lymphatici rami
non conspiciuntur, partes ipsæ mittunt.

Revellentia excipiunt RESOLVENTIA & DISSIPANTIA,
ut lympha & sanguis stagnans, grumescens & in coagulum
abiens resolvatur, attenuetur & ad motum disponatur.

Inter resolventia *sperma ceti*, quicquid contra illud
scribat *Langius lib. 2. epist. 31.* non satis deprædicari potest,
tum externè in laetè coagulato, ubi emplastrum de sper-
mate ceti extollitur, tum internè variis in casibus. In ca-
tarrho suffocativo & infantibus ad pisi unius & alterius ma-
gnitudinem in lacte materno dissolutum, secundum expe-
rientiam *Nævii conf. 309. apud Scholz. p. 883.* & adultis ad 3j.
cum vino calido, cerevisiâ vel aquâ hyssopi instar omni-
um commendari solet. Laudes hujus legi merentur apud
Tineum l. 2. epist. 11. pag. 562. item *Excellentissimum Et-*
müllerum c. 11. -u. Aris aquâ fontanâ mixto nihil præ-
sentius experti sunt socer Hoffmanni l. de vero usu & fero ab-
usu medic. chimic. p. 135. Grüling. in florileg. chim. part. 17. c. 1.
p. 376. & Jonston. Syntagma univers. med. pract. l. 3. t. 2. c. 8.
de catarrb. p. 758. quia acida non solum sanguinem resolu-
tum coagulant, sed & coagulatum resolvunt. Quo refer-
ri quoque possunt illa evporista & polychresta vulgo nota,
ut *Gummi ammoniacum* in aquâ pectorali, hyssopi, veroni-
ca solutum, & in vino Rhenano exhibitum, lapides item
cancrorum cum aceto propinati, qui egregie resolvunt
sanguinem grumescentem & coagulatum, adeoque in li-
pothymiis, pleuritide, casu ab alto, haemoptysi (cum adstrin-
gentibus) frequentissimi sunt usus. Loco horum sequen-
tia ordinari possunt:

R. sperm. cet. 3j. flor. ♀. myrrbat. 38.

lap. ♂. ppt. ♂. diaphoret. a. 3j.

ol. anis. fenicul. a. gtt. ij. M. F. l. a. pulv.

S. Brustspülverlein auf 6. mahl.

R. flcc.

- Rx. $\beta\eta\epsilon\tau.$ *diair. Salom.* 3j. *sperm. cet.* 3fl.
 $\ddot{\alpha}.$ *diaphoret.* *cinnab.* *nat.* a. 3j.
balsam. $\Delta.$ *anis.* gtt. iiiij. M. S. ut supra.
 Rx. $\nabla.$ *byssop.* *charefol.* *catarrh.* *Francof.* a. 3j.
asthma *Rudolph.* 3vj. *elix.* *pect.* D. D. *Pref.* 3j.
oxymel. *squillit.* *srup.* *hyff.* a. 3fl. M. F. l. a. *po-*
tio D. in *fictili.* S. *Brustrânklein.*
 Rx. *essent.* *myrrb.* *balsam.* *succin.* a. 3fl.
elix. *pector.* 3ij. ~. Θ *ci *anis.* 3fl.
 M. D. *in vitro* S. *Brust-Mixtur.*

Chirurgia infusoria, à D. D. Majore, & Anglis experimenterum cultoribus felicissimis, primitus in lucem producta, quando sanguinis circa præcordia periculosa est stagnatio, ab Etmüllerо dissert. de chirurg. infusoria c. 3. conclus. 3. tanquam præstantissimum remedium summis laudibus extollitur, si medicamenta infundantur volatilia, & quæ acidum corrigant, & sanguinem celeriter dissolvant, quem in finem in primis sperma ceti convenienti menstruo dissolutum & venæ infusum salutarem promittere effectum c. l. scribit, ejusque vim in dissolvendo sanguine quacunque ex causâ esse mirandam. Cum verò adhuc dum sufficiencia experimenta desiderentur, quæ id reapse confirmant, sufficerit tantisper theoreticè hæc commendare, semper tamen eò respiciendum, ne fiat cum damno ægrotantium.

Motus sanguinis & seri subsistentis conciliatur sudoriferis ex M. S. R. à bezoard. Magnif. D. D. Pref. Ludovici, Mich. Rolf. $\ddot{\alpha}$. *diaphoretico*, quod simul resolvit, & volatilibus, quæ subtilitate suâ & $\lambda\epsilon\pi\tau\omega\epsilon\zeta\alpha$ torpidos & quiescentes humores magis agiles & vividos reddunt, ut ~ Θ *ci *urinosus volatilis*, *duplicis generis*, *succinatus*, qui addito oleo succini statim fieri potest, CC., $\square\epsilon$, *ebor.* *fulig.* *castr.* &c. In primis con-

veniunt volatilia, ubi vel regurgitatio adest, ac petechiae & similia recedunt, quia excrementa heterogenea ad corporis peripheriam rursus expellunt, vel à spirituum in musculos respirationi dicatos denegato influxu affectus inductus est. Hoc in casu cum sanguinis vigor simul dejectus sit, præter volatilia nervina simul spirituosa balsamica jungenda, ut ~ *lil. conv. aqua apoplectica, Anbaltina, carfunculi aurea* &c.

R. $\frac{1}{2}$ diapbor. 3j. $\frac{1}{2}$ nat. Ungar. Oris gr. viij.

\ominus volat. C. C. gr. vj. M. D. ad chart. S. Schwipulver.

R. Re bez. 3j. elix. peitor. 3b. ~ Θ *ci 3b. M. D. in vitro. S. Mixtur auf etliche mahl.

Denique ad removendam causam VOMITORIA ob præsentaneam opem, quam sæpe attulerunt, à plurimis praticis, ut Hartmann. prax. chimiatri. c. 2. l. 1. p. 3. Jonston. Syntagma. med. pract. p. 757. Heinr. Petrao dissert. Harmon. 9 p. 290. Wolfgang. Höfer. medicat. familiar. p. 222. Bierling. advers. curios. centur. 1. cas. 68. p. 139. & cas. 83. p. 219. &c. multis ornantur laudibus. Utut verò laudanda omnino sint, quia tamen metus suffocationis est, non universaliter seu indeterminatè, nisi medicus famam perdere velit, in usum trahi debent, sed illo magis casu, quando maius vel ob errores diætae vel cruditates humoresque viscidos in plenis ventriculi harentes ortum est, uti ante aliquot annos Magnificus Præses, quod aliquando ab ipso audiui, studiosum à præviâ repletione catarrho suffocativo laborantem curavit. Sic asthma præcordiale, tum in infantibus ob $\alpha\delta\delta\eta\varphi\alpha\gamma\iota\alpha$, teste Primeroſ. de morb. infant. p. 73. tum in adultis, hypochondriacis præsertim, sæpe in instanti unico emetico feliciter tollitur. Dissyvadenda autem veniunt præcipue in obesis, & ubi extra sphæram primarum viarum sine communione ventriculi latitat materia, cum

vio-

2022
2239

violentius paulò operentur & pulmones in vomitu angustentur. Omnibus inter hæc vomitorii palmam præripiunt
xiata, ut *crocus metallorum*, *oxySaccharum emeticum* à *Ludovico* in pharmaciâ correctum, *Frus emeticus* ad ductum
Celeberrimi D. D. Præsidis & Ludovici paratus, qui cum ex-
tracto aloes in pilulas, cum aquâ acacia vel vino levi infu-
sione vel ebullitione in infusum, cum conservâ in bolum,
cum *oxymelite squillitico* in sirupum formari potest. Dosis
in infantibus est ad tertiam vel quartam partem grani, in
adultis ad ii. iii. grana, nam semper videndum, quid ægro-
tantis humeri valeant, quid ferre recusent.

SUFFITUS in catarrho suffocativo laudat *Hartm. pr.*
chimiatr. p. 93. Grüling. in pr. p. 125. Sennert. l. i. prax. pag. 721.

Inter TOPICA etiam referri merentur breg-
mati pro revulsione adplicanda, v. g. succinum album ppt.
cum f. q. fermenti subactum, oleum succini cum gummi
elemi roboratum & alia. Quin ipsas injectiones & G A R G A-
R I S M A T A ex decoctis pectoralibus & emollientibus non
rarò cum successu adhibuit *Magnificus D. D. Preses*, pro ex-
pectoratione juvandâ.

C A P U T IX.

Curationem extra paroxysmum aggreditur.

Extra paroxysmum omnibus industriae nervis eò allabo-
randum, ut mali radix extirpetur. Hic ex FONTE
CHIRURGICO VENÆSECTIO iterum se sistit, quæ
teste Galeno l. de Venæsect. adv. Erasistr. c. 1. § 7. validum
& magnum est auxilium, & nulli efficacissimorum inferius.

E 3

Non

Non promiscuè verò illam laudamus, sed in plethorics tantum, in his enim, in quo totus medicorum cohors consentit, summè proficua est. Abesse verò jubemus, si malum à serosâ colluvie sanguinisque crassitie aliave causâ fo- veatur. Monenda circa ejus administrationem, ne crambem bis coctam apponamus, jam sicco præteribo pede.

Venæsectionis loco, quando ad illum per ætatem & alias ob circumstantias devenire non consultum, CUCURBITULÆ SCARIFICATÆ scapulis, dorso, brachiis & cruribus applicatæ non exiguum vim deplendi sanguinem obtinent.

VESICATORIA ex cantharidibus vel Hispánicis vel nostratis recentibus, si haberí possunt, nucha vel parti cervicis posticæ cum emplastro aliquo, ut vesicatorio Horstii, applicatæ, nobilissimum habent usum in omnibus catarrhis, & ut fluxus diutius duret, in usu *Magnifico Praesidi* est *emplastrum vesicatorium Horstii* vel particulam saltem cantharidum cum *emplastro de spermate ranarum* miscere, quâ ratione pro indicantis urgentiâ ad unam vel alteram hebdomadæ ulcus interdum apertum servat. Vid. *de facult. med. l. i. sect. 2. c. 6. p. 60.*

FONTICULI in brachio vel crure in interstitio musculorum cauterio vel actuali vel potentiali excitati, quicquid etiam oblatrent illorum antagonistæ, *Martianus*, *Helmontius*, *Primerosius* & alii, expectationi nostræ quoque satisfacent, & licet parum quotidie tantum eliminant, non exiguum tamen practici inde sentiunt emolumen-tum.

SETACEUM, ceu duplex fonticulus, ingruente catarro suffocativo, quia moram in operatione suâ postulat, parum opis afferit, in actu autem περιφυλαξεως, si reliqua

qua incassum adhibita fuerint, filo serico per cervicem trāducto ad humores noxios evacuandos applicari poterit. Valet enim hīc illud *Coi. I. aph. 6.* ad extremos morbos extrema exquista remedia optima. Legi hanc in rem mēretur *dissertatio de fetaceis D.D. Präsidis.*

Ex PHARMACEUTICO FONTE, qui magnam suppeditat medicamentorum congeriem, exordium facimus à LENIENTIBUS, quæ ab effectu à veteribus benedicta cognominata sunt, & primas vias sine molestiā expediunt. Talia esse possunt *aloetica, elix. propriet. MP. aloetic. D. D. Präsidis, Glaßianarum, Franfurtensium, MP. Ear. Quercet. Schröd.* infusa laxativa polychresta & evoporista &c.

PRÆPARANTIA seu digerentia succedunt, quæ alterando vitiosas humorum qualitates illos apparant, & e-ductioni aptant. Non promiscuè verò adhibenda sunt, sed modò quæ acidos, fixos vel ponticos humores absorbent, viscidos incident & quieti atque fixitati contraria sunt, modò quæ nimis fluxiles & falsos concentrant, & in ordinem redigunt. Hinc antiscorbutica Θε aromatico vel urinoso pollutia, hepatica, splenetica, martialia conducere queunt.

- R. mad. 5. aper. sarsaparill. chin. cichor. a. 3ij.
herb. agrimon. marrub. cochlear. a. mj. thee 3ij.
summit. fumar. m̄b. fl. hepat. nob. anth. a. pj.
cort. tamarisc. fraxin. lign. safffr. citr. a. 3j.
oe. ♂ 3ij. coſt. veri 3ij. Concif. contus. g.m. D.
ad chart. S. Species zum Digerierwein.
- R. & cydon. 3ij. arcan. ♀ 3j. liquor. ♂ 3ij. M. D.
in vitr. S. Digestiv. Myrtur.
- R. mad. ar. ppt. lap. ♂ cinnab. nativ. a. 3j.
croc. ♂ 3mt. succin. alb. ppt. a. 3j.
erytall. ♀ 3ij. anis. gtt. j. M. S. Digestiv. Pulver.

Ut

Ut verò laudata hæc medicamenta aliaque circulo humorum serosorum restituendo inserviunt: ita deplendis iisdem & ex cœconomia corporis eliminandis debentur PURGANTIA, quæ ἐρεθισμῷ suo salino-sulphureo glandulas intestinorum eliquant, ductumque pancreaticum serum ad excretionem largiorem cident, ipsamque bilem educunt, adeoque reliquas corporis partes sartas tectas servant à diluvio microcosmico. Hunc in finem, pro virium & aliarum circumstantiarum modulo, vel unâ dosi, simultaneoque actu purgatio institui potest, vel partitis vicibus per ἐπίνεον humores serosi ejici. Cumque præservationis gratiâ hæc ordinentur, illud Hippocraticum monitum 6. aph. 47. attendi potest: Quibus Venæsectio aut purgatio prodest, his vere, hinc & autumno, secunda vena aut purgatio instituenda.

- Rx. gialap. nigr. resinof. 3j. resin. sciammon. gr. iv.
diaph. gr. iii. ol. succin. gtt j. M. F. l.a. pulv.D.
ad chart. S. Purgierpulverlein.
- Rx. conserv. flor. persic. 3j. pulv. laxat. veget. 3j.
crystall. ♀ gr. vi. sirup. ros. solut. q. f. M. F. l. a.
Bolus. D. ad chart. S. Purgierbissen.
- Rx. rad. scorzon. fol. senn. f. f. a. 3ß.
rhabarb. Alexand. 3ii. mechoac. alb.
agar. trochise. a. 3ß. flor. 4. cord. a. p. j.
summ. centaur. min. mß. cinam. 3j. cryst. ♀ri 3j. M.
Conc. cont. D. in sind. rubr. S. Species zum Bayierwein.
- Rx. extract. agar. resin. gialap. a. 3ß. ol. fanic. gtt j.
elix. propr. antiscorb. q. f. M. F. l. a. pilulæ No. XII.
S. PurgierPillen.

De his pilulis octo sub lecti ingressum sumi possunt,
reliquæ verò pro majori vel minori degluttitarum efficacia
matutino tempore, vel omnes, vel 3. 4. &c. vel planè inter-
mitti, factâ sufficienti operatione.

Cly-

Clysteres etiam si alvus justo tardior sit, ut sui mone-
atur officii, ex superioribus huc trahi possunt.

SUDORIFERA, cum morborum à ferosâ colluvie oriun-
dorum, dissipando ac per poros cutis viscidum humorem
difflando, unicum sint remedium, & ~~zim~~ ac grumescentiam
sanguinis, acidosq; austeros & fixantes humores absorbendo
& præcipitando egregiè tollant, adeoq; massam sanguineam
in motū cieant, commodè adhiberi posse nulli dubitamus.

Rx. C. C. philos. & Alis cact. & gii a. 9*fl.*

⊖ volar. succin. gr. iv. laud. op. gr. j. M. F. pulv.

S. Schwipälverlein us 2mahl.

Rx. mist. simpl. Ræ bez. a. 3*fl.* effent. anod. 9*fl.* M.
S. Schwipz-mixtur.

Ad imminuendam laticis abundantiam DIURETI-
CA quoque excludenda non sunt. Hæc enim ob abstergendi,
aperiendi, resolvendi & fundendi virtutem humo-
res serosos, superfluos & corpori alendo inutiles ad renes
& vias urinarias amandant. Talia esse possunt omnia ex
succino parata, Ra gii, clyffus gii $\frac{1}{2}$ satus & $\frac{1}{2}$ ratus, \sim a-
peritivus Penoti, balsamum $\frac{1}{2}$ succinatum, lap. $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{2}$ rus
 \oplus latus &c.

Rx. effent. succin. Ræ silic. Glauber. a. 3*fl.* M.

S. Harnreibende Mixtur.

Rx. Ræ aperit. Mæbii 3*fl.* D. in vitro. S. Croff-
nende tinctur.

Evacuantia universalia sequuntur PARTICULARIA
per os & nares, ad inhibendum lymphæ affluxum ad pul-
mones. Faciunt huc ERRHINA & STERNUTATORIA,
quæ acri & salinâ qualitate magis vel minus expansâ deli-
catam & maximè sensilem membranam narium titillant
& irritant, unaque pro majori vel minori stimulo serum
spissius seu pituitam superfluam & stagnantem atque tar-

dantem liquant & educunt, vel simpliciter, vel cum sternutazione. Gradu enim inter se tantum differunt errhina & sternutatoria, cum errhina majori dosi fiant ptarmica, & vice versa. Laudatur verò in primis ∇ majorana, de qua Vid. Sim. Paul. in quadripart. botan. p. 381. si è volà manus attrahatur, & os aquâ vel vino repleatur, ne humor distillans in fauces acreidine suâ sit molestus, it spec. diamajor. diatab. Myns. pulv. sternutat. Rulandi &c.

Rz. ∇ major. ʒ. ʒ. Oli alb. claser. a. gr. ii. M.

Rz. pulv. flor. lil. convall. ʒ. castor. ppt. bellebor. alb. a. gr. ii. M.

MASTICATORIA etiam ad serimotum & exitum promovendum ex rad. pyrethri, ligno sancto, mastiche granulata, cibebis, caryophyllis in usum trahi possunt.

Relictis evacuantibus ad ALTERANTIA & CONFORTANTIA nos convertimus, ut partibus de tono dejectis suis restituatur vigor, intemperies & meatuum infarctus ob lympham stagnantem corrigatur, & sero ac sanguini legitimus restituatur motus, quo nomine sequentia feligimus:

Rz. MP. de succ. Crat. ʒ. extract. ladan. ʒ.

\ddagger diapb. cinnab. nairv. a. ʒ. \ddagger diapb. gr. iii.

extract. op. ambr. gr. iij. effent. succin. q. s. M. F. l. a. pilul. S. Fluspillen.

Rz. pulv. absorb. D. D. Pres. ʒ. j. \ddagger Alis cacheet. ʒ.

fragment. lap. s. pretios. a. gr. iv. M. F. pulvis. S. Stärckpulver.

Rz. effent. catarrh. ~ Oli cephal. a. ʒ. iij. M. D. in vitro. S. Flus-essenz.

Rz. Re corall. c. ~ lignor. ʒ. ijj. D. in vitr. S. Stärcktinctur:

Rz. effent. succin. ʒ. iij. ~ us ʒ. iij. ʒ. iij. M. D. in vitr. S. Flusmixtur.

Referri hoc possunt visceribus aliis quoque debita, ut

ut ebur s. Δ. crocus Atis aperitivus, Ræ & les, cydoniata, pomata,
 ♂ isata Ludovici in tract. de volat. sal. ♀ri descripta, &c.
 Absorbent enim humores acidos, austeros, & ita multis in-
 dicationibus satisfaciunt. Species it. diambra diamosch. d.
 aliaque ex propriis loculis petenda, quorsum & cucuphae
 spectant, & supra dictis addendus ~ asthmaticus.

Nec thermas negligendas esse arbitratur Crato c.l.
 p. 59. calorem enim nostrum fovent & exsiccant. De u-
 tendimodo Vid. Jul. Ces. Cland. de ingr. ad infirm. p. 374.
 & seqq. Artificiales ex croco ♂ calcinato exhibit Lang.
 in disp. de therm. & acidul.

Quoniam verò nec chirurgica præsidia sola totum
 negotium expediunt, nec pharmacia firmum auxilium
 spondet, propterea conveniens DLÆTA, quæ sæpè præstat
 quicquid ferrum & medicamenta non valent, jungenda est.

In VITALI suademus AEREM purum, temperatum &
 liberrimum; contra ea pluviosus, immundus, densus, suf-
 focans eiique persimilis, qui cellis & domibus quibusdam est
 inclusus, minimè admittendus.

In NATURALICIBI sint ἐνχυποι & ἐνπεπτοι. Vitandi
 crudi, viscidi, flatulenti & fumo indurati. Potus sit cere-
 visia probè defecata, nec nimis recens, feculenta, nec vetu-
 stior, acescens, nec frigida ἀπνεστη ἀπνεστη hausta. Vini
 quoque moderatus usus non nocebit.

Quoad ANIMALEM, in SOMNO & VIGILIIS, item QVI-
 ETE & MOTU mediocritatis leges observare conveniens est;
 ANIMI verò pathemata rationis freno moderari. EXCRE-
 TIONES ordinariae in primis sudores & individuis certis con-
 suetae, ut fluxus hæmorrhoidum, omnes promoveantur,
 nec naturalem excedant modum. VENUS moderata com-
 moda est, immoderata affectum accersere facile potest.

S O L I D E O G L O R I A .

Clarissime Domine Doctorande,
Fertur Philosophorum Princeps
Plato in Auditoribus suis desi-
derasse Geometriæ studium,
unde lemma natum: $\varepsilon\delta\epsilon\varsigma\alpha\gamma\omega\mu\epsilon\tau\eta\tau\sigma$
 $\epsilon\sigma\pi\omega$, quod & *Copernicus* superioris
seculi celeberrimus Mathematicus
libri sui de *revolutionibus orbium*
cœlestium limiti præfixit.

Non dicam, quæ in genere à fu-
turo Philiatro postulari possint vel
debeant, studium linguarum, Phi-
losophiæ, cum primis naturalis, ali-
aque, ea quippe communia sunt;
vel quæ à *divino Sene l. de lege cele-*
brantur: *Natura, doctrina, locus*
studiis aptus, institutio à puerō, in-
dustria atque tempus; saltim quæ
à meis requiram, edifferam.

Duo hæc sunt: CANDOR &

GRA-

45.
1697

GRATITUDO, virtutes tum alios
decentes, tum eximiè medicinæ
consecraneos, raræ admodum, sum-
mè tamen commendandæ.

Multum refert, an candidum
medicorum filius nanciscatur Do-
ctorem, qui sincerè tradat artis
præcepta, qui experimenta vera o-
stendat, viamque monstret genui-
nam, quâ periculum non leve est
incedere errantem.

Enimverò *Καὶ οὐδὲ τὰ πενήντα λε-
ποῖσιν αὐτὸν ποιεῖ σέμανται.* Ressacræ sacris
hominibus communicantur. Sacra
sunt arcana medicorum saluti ho-
minum debita, hinc & lucri & fa-
mæ pararia. Cur non igitur meritò
candor desiderandus sit in audien-
te & discente, ut sacrum le probet,
& dignum his arcanis?

F ;

Sacra

M. 48.
 Sacra sunt præsidia à Deo Opt.
 Maximo ad solatium humani gene-
 ris destinata, unde æstimanda & sa-
 crâ mente excipienda , devotè tra-
 ßanda & honorificè, ut finem ,
 quem intendunt , assequantur fe-
 liciter , nec gladius in manu furiosi
 evadant .

Cumque imbuantur animi arte
 tam divinâ, tamq; expetendâ, & si
 quæ alia, cultores suos beante, quis
 non gratitudinem expetat à discen-
 tibus ? Quis non invitetur ad pro-
 fessionem liberaliorem arcanorum,
 si gratum & sincerum pectus offendat ? Imò quis non intimè amet
 candidos & gratos animos, in qui-
 bus effigiem doctrinæ velut in spe-
 culo intueri datur , & quorum ho-
 nordocentem honorat ?

Con-

Contra ea qui ab alienatam gerunt mentem, & fraudulenter au-
cupati scientiam, hinc parum gra-
ti in Doctores suos deprehendun-
tur, nec laudem merentur, nec suc-
cessum æquè prosperum in rebus
gerendis sentiunt.


Te verò felicem prædico, CLA-
RISSIME DOCTORANDE, qui pa-
terna monita cordi habuisti, qui
moribus inculpati sedulò pepen-
disti ab ore tum meo, tum aliorum
artis procerum, nec fucum sed can-
dorem ostendisti haetenus, gra-
toque animo nostrum amorem a-
bundè es promeritus.

Germanæ hæ virtutes in Te lau-
dandæ, imò tantò magis laudanda
eruditio, quò magis illis stipata in Te
refulget. Maëte his dotibus, ul-
timum

timum jam subito specimen prius,
quām dignissimi hinc tribuantur à
nobis honores Doctorales summi.

Felices eo nomine parentes
gaudent, lætatur patria, & novas
corollas neētit, nova spondet orna-
menta, ut omnibus numeris beatus
eruditioñis singularis, candoris verò
simul & gratitudinis præmiis quām
diutissimè per Dei gratiam fruaris,
avitumque Ascaniæ genti probes
splendorem. Dab. è muséo Jenæ,
1681. d. 18. Januar.

Georg. Wolffg. Wedelius, D.




153154

X2615746

R

W 17



B.I.G.

Black
White
3/Color

Magenta
Red

Yellow
Green

Blue

Cyan

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres



I. N. J.
DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE

CATARRHO SUFFOCATIVO,

Quam

Consentiente Gratiolo Medicorum Collegio
in Illustri Salanâ,

P R A E S I D E
MAGNIFICO UNIVERSITATIS h.t. RECTORE,
V I R O

Nobilissimo, Excellentissimo atq; Experientissimo

DN. GEORGIO VVOLFF- GANGO WEDELIO, Med. Doct. Theoret. P.P. Archiatro Sa- xonico, & S. R. I. Academiæ Naturæ Curio-

forum Adjuncto gravissimo,

*Dn. Patrono, Preceptor ac Hospite suo
nunquam satis colendo,*

PRO LICENTIA

Summos in Arte Medicâ Honores, Insignia ac Privilegia
DOCTORALIA legitimè impetrandi,
Publico eruditorum examini subicit

GEORGIUS FRIDERICUS ÆPLINIUS, SERVESTA ANHALTINUS, *in Acroaterio Majori,*

horis ante 8° pomeridianis ad diem Januarii, Anno M. DC. LXXXI.

JENÆ, TYPIS VIDUÆ SAMUELIS KREBSII.